

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

XI.

Ein Nachtrag

zu

Einhards Werken.

Von

Ernst Dümmler.

Lupus, der spätere Abt von Ferrières, erwähnt in dem Schreiben, in welchem er seinen Freund Einhard über den Tod seiner Gattin Imma im J. 836 zu trösten sich bemüht, eine literarische Zusendung desselben mit folgenden Worten (Lupi opp. ed. Baluzius p. 18): 'Libellum de adoranda cruce, meo iudicio utilissimum, quem meo nomini dedicastis, ut par fuit, amplexus sum'. Er fügt den Wunsch hinzu, dass Einhard geneigt sein möge, auch seine früheren Aufträge (oder Anfragen) ebenso zu berücksichtigen, da diese Arbeit nicht bloss ihm, sondern vielen zuträglich sein würde. Jedenfalls sei er ihm für diese unverhoffte Gabe wie für manche vorangehende Belehrung den grössten Dank schuldig.

Dies Büchlein Einhards galt bisher als verloren, dennoch glaube ich, dass es sich in der von Michael Denis (Codd. mss. theolog. bibl. Caesariae I, 1031—1054) schon im J. 1793 beschriebenen Wiener Handschrift 956 (Theol. 320) f. 108—110 erhalten hat. Die Hs. gehört nach dem Urtheile von Denis, dem die Herausgeber der *Tabulae codicum mss. I*, 162 gefolgt sind, dem 11. Jahrhundert an, nach der Meinung des Herrn Dr. Herzberg-Fränkels dagegen, dem ich die Abschrift des betreffenden Stückes verdanke, bereits dem zehnten. Die jüngste der darin enthaltenen Schriften ist (f. 110—113) ein Schreiben an den Bischof von Verdun über die Herkunft der Ungern, welches Denis Hraban zuschreiben wollte. Ganz mit Unrecht, denn es ist an den Bischof Dado von Verdun (880—923) gerichtet und aus andern Handschriften längst gedruckt (Dachery *Spicileg. XII*, 354; Martène et Durand *Collectio ampliss. I*, 230). Der gelehrte Verfasser schrieb in dem Kloster St. Germain (zu Paris oder Auxerre?). Auch das folgende Stück der Wiener Hs. f. 113—115, die Beantwortung der Frage: 'Cur modo in orbe christiano non aedificentur aut dedicentur aecclisiae in memoria vel nomine patriarcharum vel prophetarum' etc. rührt von dem gleichen Verfasser her, da es bei Martène (*I*, 235) im Anschlusse an das vorige mitgetheilt wird. Wenn die Hs. nun ausserdem Alcuins Buch 'de virtutibus et vitiis' enthält und des Smaragdus 'Via regia',

dessen bei Dachery fehlende Vorrede erst Denis (p. 1050) zum ersten Male hat abdrucken lassen, so sehen wir daraus, dass theologische Werke verschiedener Verfasser hier in einer Sammlung vereinigt werden. Wenn daher neben einem Commentare Haimo's von Halberstadt auch mehrere vermeintliche (ungedruckte) Aufsätze Hrabans¹ unserem Schriftchen vorgehen, so gestattet dies nur in so weit einen Schluss auf den Verfasser, als wir geneigt sein werden, denselben in die karolingische Zeit zu setzen.

Hiernach scheint mir nun durchaus nichts im Wege zu stehen, in dieser 'Quaestio de adoranda cruce', wie sie überschrieben wird, die Arbeit Einhards zu suchen, denn der Titel stimmt und nicht minder die Widmung an einen Lupus, der jedoch noch nicht als Abt bezeichnet wird. In dem Inhalte

1) Ich gebe hier nach eigener Abschrift noch den Anfang eines derselben, der auf f. 94' beginnt: 'Domino sanctissimo et nimium desiderantissimo apostolico honore dignissimo episcopo ille humilis devotas orationes et fidelissimum atque aeternum servitium. Epistola beatitudinis vestrae maximum et gaudium indidit et metum incussit. Gavisus enim sum, quod meam exiguitatem iocundissima salutatione dignam habuistis, extimui vero, quod rem tantam tantorum eruditissimorum doctorum eloquio absolutam a me indignissimo requirere voluisti, quasi non eadem apud vos, quae et apud nos quoque repperiantur expositionum volumina aut a nobis elucubratus aliquid vel possit dici vel debeat, cum profecto id nobis magnum sit atque sufficiens, si eorum vestigia nobis contigerit posse sectari. Unum certe scio idque animo persuasi meo, vos adhuc interrogasse, ut doceretis; requisisse, ut veri callis tramitem ignaro previus ipse monstraretis. Quod enim remota subdolae adolationis suspicione liceat dicere, non necesse habetis, ut aliquis vos doceat, quia mistica sancti spiritus eruditio sacro pontificalis unguinis crismate coaptans vos de omnibus caelestis benedictionis plenitudine consecratum edocuit et quadam mirabili metamorphosi in virum alterum, immo in apostolicam ierarchiam transfusum in domini potentias sapientiae videlicet scientiaeque thesauros introduxit atque ipsius divinitatis conscium reddidit. Aperi igitur, pater sanctissime, aperi os meum (Psalm. 80, 11) et precisas fauces atque aridum longae sitis calore palatum divini fontis haustibus irrigato. O si daretur mihi, ut vobiscum essem, presens presentem cernerem, ad pedes sederem, fruerer aspectibus, oblectarer eloquiis, vicibus liceret 'audire notas et reddere voces' (Aen. VI, 689). Interim obsecro, spectabilis et deo amabilis pater, ut famuli vestri memoriam habere dignemini, quia ego semper vestri memor optime ero, dum memor mihi ipse fuero. Placuit interim vobis rogare, quid sentirem super altercatione Michaelis archangeli cum diabolo de Moyse corpore, quod in epistola Iudae apostoli legitur' . . . Der Schluss auf f. 98'—99 lautet: 'Haec de his quae placuit vobis requirere secutus ('tos' Hs.) doctores scribere presumpsi malens periclitari meam ignorantiam quam debitam vobis oboedientiam, certus quod libenter meam sufferetis insipientiam. Quae si vobis placent, gaudeo et veritati gratias ago, quam vos in talibus diligere non ignoro. Si vero in aliquo displicent, obsecro, ut corrigendo instruatis inscium, non spernendo absterreatis devotum'.

finde ich nichts, was dieser Vermuthung widerspräche, die darin angeführten Kirchenväter waren Einhard sicherlich bekannt, auch die Sprache gibt keinen Anstoss. Ich möchte ihm daher dieses Schriftchen mit eben solcher Zuversicht zuschreiben, als als ich nicht zweifle, dass die rhythmische Passio SS. Marcellini et Petri auf ihn zurückgeführt werden darf.

QUESTIO DE ADORANDA CRUCE.

Cum a te propositam mihi, carissime Lupe, de adoranda cruce questionem solvere et curiositati tuae, quamvis animo oppido perturbato, satisfacere conarer, orta est ex ipsa, quam facilem existimaveram, solutione questio longe validior atque amplexior, de adorando videlicet¹ deo et de quibus invocandus atque precandus sit, quoniam si aliter vel aliud, quam debeat, petatur, non est mirum, si oratio nostra non exaudiat, aut hoc quod impetrare cupimus, non obtineatur. Dicit enim Iacobus²: 'Petitis et non accipitis, eo quod male petatis'; et apostolus ad Romanos³: 'Quid', inquit, 'oremus sicut oportet nescimus'. Hinc⁴ mihi videtur ingentem nobis incumbere necessitatem ut videamus et intelligamus, quid sit iuxta verba Iacobi male petere et secundum Pauli vocem, quid oretur, sicut oportet ignorari, quia qui nescit, quid vel qualiter⁵ petere debeat, evenire potest, ut male petat, et ideo quod petit non accipiat. Videtur enim male petere et qualiter petat ignorare, qui deum quem orat non sic orat, sicut docuit orare. Nam in tota evangeliorum serie nusquam invenitur, quod dominus noster Iesus Christus se docuisset aut iussisset⁶ orare, quin⁷ potius cum de oratione ad deum facienda sepiissime loqueretur patrem orandum, patrem petendum, patri supplicandum eumque in omni necessitate monet esse rogandum; sibi quoque similiter ut ceteris, quasi per se nihil prestare posset, patrem censet orandum, cum hoc fides nostra firmissime teneat, quod sicut una patris et filii est divinitas atque substantia, sic amorum sit una eademque potestas, et orationem, quam unus dedit et docuit, ambo simul exaudiant, quoniam ut daretur et doceretur simul ambo voluerunt. Sed videtur quasi non licere idem ut aliter oretur, quam pater in orando invocetur aut aliud ab eo petatur, nisi quod filius in oratione quam docuit monstravit esse petendum, ac per hoc qui aliter aut aliud petit iuxta beati Iacobi verba male petit et ideo non meretur accipere quod petit. Paulus quoque apostolus idem significare videtur in eo quod dicit: 'Quid oremus sicut oportet nescimus'. Quando aliud aliquid quam dominica oratione continetur

1) 'videlicet' am Rande, von anderer Hand. 2) Ep. 4, 3. 3) C. 8, 26.
4) 'Hic' Hs. 5) 'qualiter' am Rande gleichzeitig für 'quale' im Texte verbessert. 6) 'iussisset' Hs. 7) Vor 'quin' steht über der Zeile 'et' von anderer Hand.

adipisci volentes deo supplicamus, tunc impetrationem esse in dubio, quia non id quod ille iussit, sed quod nobis complacuit oramus. Inde est quod in Cartaginensi concilio in quodam capitulo¹ legimus constitutum, 'ut in precibus nemo patrem pro filio vel filium pro patre nominet et cum altari assistitur, semper ad patrem oratio dirigatur'. Hoc videlicet sentientes et quasi convenientissimum diiudicantes, qui in eodem consilio (!) fuere congregati, ut in publicis officiis illam orandi formam universalem teneret ac servaret aecclesia, quam dominus ac salvator noster tradidit ac docuit. Verum etiam ipse orando ac patrem sepiissime invocando servandam tenendamque monstravit. Ceterum de privatis secretisque orationibus ac precibus, quid sinodicis sanctionibus constitutum sit atque decretum alicubi me legisse non recolo, preter id quod in predicto capitulo subiunctum repperi, ubi dicitur 'ut quicumque preces sibi aliunde descripserit, non eis utatur nisi prius eas cum instructoribus fratribus contulerit'. Hic occurrit humanę curiositati non solum (non) negligenda, verum etiam sollerter intuenda et enodanda inquisitio de Christo domino nostro, si in publicis, quę² ad altare fiunt, precibus deus pater tantum est invocandus, atque rogandus, ubi et in quibus orationibus Christo domino, id est filio sit supplicandum. Item de apostolis et martyribus ceterisque quorum spiritus apud deum esse non ambigimus, quid sentiendum, ubi et quando vel qualiter invocandi vel si omnino invocandi. Nam fuisse quosdam recolo, qui dicerent sanctorum preces, qui iam de seculo migraverunt, vivis et adhuc in corpore agentibus eque prodesse, atque illorum posse eosdem sanctos adiuvare, si pro eis orare voluerint. Quod super his meae parvitati videatur, non est quod expectes, ut edisseram. Neque enim ea ad hoc quę a me hic prolata sunt accipere debes, ut quasi exponenda protulerim, sed ut scires quod (!) dum ad solvenda(m) a te propositam questionem compendiosa testimonia quęsivi, me nodum impegisse, quem nisi divinus esset, herculaneum appellarem. Et de hoc quidem nodo ad presens dicta sufficiant.

Nunc rogatiunculae tuae, quam mihi de adoranda cruce caritas tua proposuit, prout valeo, respondere volo; videtur enim mihi crux adoranda, cur quod id videatur expediam. Et eo facilius id me facturum arbitror, si differentiam atque distantiam orandi, adorandi, sicut sentio, exprimere valuerō. Orare est, ut mea fert opinio, deum invisibilem vel si aliud aliquid est, in quo spes auxilii poni possit aut deceat, mente vel voce, vel mente pariter ac voce, sine corporis gestu precari. Adorare vero³ rei visibili et coram positę ac presenti vel

1) Concil. Carthag. III c. 23 (Mansi Coll. concilior. III, 884).

2) Vor 'quę' kleine Rasur, 'et'?

3) 'rare vero' auf Rasur.

inclinatione capitis vel incurvatione vel prostratione totius corporis vel protensione brachiorum atque expansione manuum vel alio quolibet modo ad corporis tamen gestum pertinente venerationem exhibere. Veneramur enim multa, quæ orare¹ nec possumus nec debemus. Quæ veneratio in scripturis sacris adoratio solet appellari². Sicut illud³ est⁴: 'Adorabo ad templum sanctum tuum', quasi diceret: Inclino caput aut genua flecto ad templum tuum. Quæ adoratio venerationem tantum ut superior significat; item in⁵ Regum libro⁶, ubi Nathan propheta regem David una cum matre Salemonis adorasse legitur, non ut deum⁷ invocasse, sed hominem honore dignum veneratos esse credendum. Item in quarto eiusdem historiae libro⁸, ubi filii prophetarum Heliseum de loco, in quo Helias raptus est, revertentem, proni in terram adorasse dicuntur, venerationis gratia id eos fecisse intelligitur convenienter, et multa alia, quibus veteris instrumenti series in tantum habundat, ut ea omnia congregare velle superfluum potius, quam necessarium esse videatur. In quibus satis evidenter apparet adorationem pro veneratione sepiissime poni. Venerationem autem non solum vivis ac sentientibus⁹, ut sunt angeli et homines, verum etiam insensibilibus (!) omnique vita carentibus rebus, ut sunt templa, sanctorum sepulchra sive reliquie, non incongrue frequenter videmus¹⁰ exhiberi. Orare vero, id est precari vel invocare, non ad aliud pertinet, nisi ad id, quod vivit et potest eum, qui se orat ac deprecatur, adiuvare. Unde miror¹¹, cur in evangelio secundum Iohannem¹², ubi cum inter Samaritanam ac deum de loco adorandi sermo exortus est, non de oratione, quæ deo, sed de adoratione, quæ venerationis causa exhibetur quibuslibet rebus scriptum sit fuisse eos locutos, cum adoratio, quam iuxta domini vocem veri adoratores in spiritu et veritate ad deum facturi sunt, gestu corporis, qui venerationi adscribitur, fieri non debeat, nisi forte hoc ibi sit factum quod in multis divine scripturae locis inveniri solet, ut abusive, non proprie, pro oratione adoratio poneretur, cum tamen is, qui historiam scripsit, in verbis dominicis precationem, qua deus invocatur, non venerationem, qua alia debet honorantur¹³, vellet intelligi. Aut si hoc convenientius esse videtur, ut intelligamus ut orationem, ita etiam adorationem ad deum ideo pertinere, quia deus ubique est et qui ubique est semper utique presens est. Ac proinde cum te adorandi causa in terram prostraveris, deum qui ubique est

1) Am Rande von anderer Hand. 2) 'appellare' verb. 'ri'. 3) 'ille' verb. 'illud'. 4) Psalm. 137, 2. 5) Hinter 'in' getilgt 'terrogatio de'. 6) III. Reg. 1, 16, 23, 31. 7) 'dominum' verb. 'deum'. 8) C. 2, 15. 9) 'sedentibus' von anderer Hand verb. 'sentientibus'. 10) 'videmus' über der Zeile von anderer Hand. 11) 'mihi videtur' verb. 'miror'. 12) C. 4, 20—24. 13) Uebergeschrieben von andrer Hand 'vel honorari'.

sicut coram positum ac presentem, simul et mente orabis et actu corporis adorabis. Ita fit, ut etiam deus sicut et cetera quæ ad ¹ adorationem pertinere diximus, quasi gracia venerationis adoretur. Illud tamen nosse debes, quod Greci inter orationem et adorationem talem differentiam faciunt, ut orationem pro-euchin, adorationem proschinusin appellent, idque huiuscemodi differentia demonstrari, quod horum alterum ad mentis², alterum ad corporis spectat officium. Nam ubi in Matheo³ dominus discipulos, qualiter orare debeant, instruit, hoc in Greco pro-euchin quod ad mentem pertinet positum legitur. In eo vero loco, ubi Herodes mago alloquitur ac dicit⁴, 'ut et ego veniens adorem eum', proschinusis, quod adorationem tantum et⁵ officium corporale significat, invenitur; et quoniam haec differentia quod alicui rei licenter possit aptari⁶, manifestum est, iam liquere puto, quod adoratio sanctæ cruci non sit deneganda, quin potius ut beatus Hieronimus⁷ de sancta Paula Hierosolimam veniente commemorans: 'prostrata', inquit, 'ante crucem quasi pendentem dominum cerneret adorabat', hoc et nobis credamus esse faciendum, ut prosternamur videlicet ante crucem et eum, qui in ea pependit interioribus oculis intuentes adoremus. Sic et crux, quæ sine dubio sancta est et competentem sibi habebit honorem, et deus, in quo et a quo et per quem, ut beatus Augustinus ait, sancta sunt quæ sancta sunt omnia, in eo quod ipse sanctificavit⁸ venerabiliter adoratur.

1) 'ad' vor 'ador.' von anderer Hand halb verlöscht. 2) 'ad mentis' am Rande von anderer Hand. 3) C. 6, 5—7. 4) C. 2, 8. 5) 'id' von anderer Hand verb. 'et'. 6) 'aptari' am Rande von anderer Hand. 7) Epist. CVIII ad Eustoch. virg. (Opp. ed. Vallarsius I, 697). 8) 'scificavit' Hs.
